



VII.

LIBER TRIUM VERBORUM
KALID REGIS ACV-
tissimi.

EX MANVS CRIPTO, AB IMPRESSIONE
*Basiliensi diversam Lectionem præbente, quam hic
apponere libuit.*



ALCHIMIA est Ars Artium, Scientia Scien-
tiarum ab Alchimo inventa: Chimia autem
Græcè, massa dicitur Latinè: Per istam enim
artem Metalla, quæ in Mineram imperfectam
reducuntur ad perfectionem de corruptione
ad incorruptionem: quod sicut puer in utero matris ex cor-
rupta matrice, quæ habet infirmitatem & corruptionem, non
sperma fuerit mundum, fit leprosus & corruptus, causa ma-
tricis corruptæ: Sic est in metallis, quæ corrumpuntur natura,
ex sulphure corrupto, vel in aqua foetida. Quia natura intendit
facere solem & lunam, in puncto suæ originis, & non potest:
Unde metalla corrumpuntur per actus sicut supra dictum est.

*imperfecta me-
talla unde.*

DE QUALITATE LAPIDIS PHI-
losophici.

CAPUT I.

LAPIS iste, de quo fit hoc opus, habet in se omnes colo-
res. Est enim albus, rubeus, rubicundissimus: citrinus, ci-
trinissimus, cœlestinus, viridis, gravis. In Lapide isto sunt
quatuor elementa. Est enim aquaticus, aëreus, igneus & ter-
reus. In Lapide isto, in occulto est caliditas & siccitas: & in
manifesto frigiditas & humiditas: Oportet ergo nos occul-
tare manifestum, & id quod est occultum, facere manifestum.
Illud autem quod est in occulto, scilicet caliditas & siccitas
est Oleum: & istud oleum est siccum. Illa siccitas tingit, quia

*Conversio Ele-
mentum.*

s. vel

○

siccitas